VICTOR VITENSIS. ETC.
12. Jh. Seite 128r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift



patriarche. & dixit quomodo & si ego scio. quia habuit
consobrinus meus filium. scilicet ex uultu hunc non recognosco.
Bene ergo facis. ad ducens hunc ad me. Ad ducens
ergo eum posita & kartam tecum. Cum uero peruenissent. tulit
eum secreto ille uiuens. & cepit deosculari eum &
dicere. Bene uenit filius consobrini mei. Dixit
ergo eum. & uxorem tradidit in alexandria. & domum.
& omnia quibus opus habuit. donauit ei. demonstrare
festinans. quia non derelinquet dominus sperantes in se.
Inpetermisse autem & huius mandati xxxiiii.
curam habuit hic admirabilis legem ponentis. uo
lenti mutuari a te. ne auertaris. aliquando non
prohibuit aliquem huiusmodi ab eo suffragium pos
tulantem. Vnde hoc sciens quidam malignus & in
postor. petiit ab eo. ut sibi mutuas daret ui
ginti libras auri. Erat autem de his qui dicuntur
gallodromi. Contemnens ergo scientiam quem admo
dum alios multos. dicebat enim. quia nichil mihi